

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Henning Wegner Wilhelm Simonius

**Disputatio IV. Ad I. Detestatio 40. & seqq. usq[ue] ad I. 61. Tituli XVI. lib. L.  
Pandect. De Verborum Et Rerum Significatione**

Regiomonti, 1617

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn769808255>

Druck Freier  Zugang





K.W. — 2 (100.)

1. Mollenbus de duobus testamentis simul validis.
2. Caroc de investigando deficitandoque statu causae forensis.
3. P. Müller de libris officiis. Autograph.
4. Hartung de curatore ad litem.
5. Stryk de juramento purgatorio in causis civilibus.
6. Stryk de domicili mutatione.
7. Radou de sufficiens.
8. Bünfow de jure detractionis et emigrationis.
9. Stryk de matrimonio ex ratione status.
10. Beckmann de lebico aetatis.
11. Dürfeld de tituli invalidi convalidatione.
12. von Aarwede de praesumptionibus.
13. Boltz de angutorum.
14. Charioius de dolo.
15. Charioius de culpa.
16. Willebrandt de senatus consulti macedoniano.
17. Ranger de masculorum conditionibus melioribus in jure.
18. Rahne de jure protinueros.
19. Ranger de concursu actionum.
20. Ranger de ea quod justum est circa consilium.
21. Pauli de immunitate et foro philosophorum.
22. Radou de furtis.
23. Büttner de torturis et tormentis.
24. Kraft de concursu judicis civilis et criminalis in causa ultimi supplicii.
25. Meyer de indicis in criminis magiae quoad torturam reprobatis et approbatis.
- 26a - 2. Wegner de verborum significacione disput: I - IX.
27. Clemann de reciproca cohaeredum substitutione.
28. Lichrodt de vi rei judicatae.
29. Wincop de residenda divisione hereditaria.
30. Reinhardt de successione first.
31. Banja de usuris ultra alterum tantum.
32. Schreter de commodo vel incommodo ex alterius persona accidente, quod ex sua non habuit.
33. Schreter de reformatione iuris civilis circa causas matrimoniales a Romano pontifice per ius canonicum perverse tentatas.
34. Streit de actione quae ex mala munere administratione competit.

35. Gribner de fidejusfore mulieris apud saeculos sine curatore conservantio.  
36. Beckmann de patria potestate.  
37. M. Grass de jure prototorum.  
38. Klinger de dote.  
39. Werner de jure emphyteutico.  
40. Streit de rapido et divortio.  
41. G. Engelbrecht de successione ab intestato et hororum possessione.  
42. I. L. P. Böhmer de filio vagalli successore in feudum.  
43. de Khevenhüller ab Aichelberg de eligendo Romanorum rege.  
43<sup>6</sup> de Bellmont de academia Erfurtana.  
44. Spoenla de favo ac privilegiis practicantium in camera imperiali.  
45. Kestner de jure humaniore Codicis.  
46. Schroeter de relaxatione juramentorum.  
47. Schroeter de probatione per testes et prae sumptionem itemque iuramen-  
to judiciali et necessario in processu exentivo locum habente.  
48. Brietner de favore ultimorum voluntatum.  
49. Schroeter de principiis rescriptis eorumque usus moderno.  
50. Sahme de jure numeri septenarii Non Usus der Subiectus Zoff.  
51. Wolpmann de eo quod justum est circa contractus noviter introductos.  
52. Scherbaum de pariete communii ejusdemque jure.  
53. Schnidl de denunciatione e suggestione.  
54. Schulz de eo quod justum est circa parochianos.  
55. Ludovici de eo quod justum est circa campanas.  
56. Streit de quatuor quartis.  
57. Nafos de impensis in rem alienam a b. et m. f. postponit factis.  
58. Schott. de uxore desertice dote sua esse regula quidem, non tamen  
semper privanda.  
59. Bauer formulam, qua pecunia dotatilium ferriens vidua mortua  
in feudum ad filios reverti jubetur, fideicommissum non interfici.  
60. Ricinus de conventione obligationis debitoris ad carcavam in cui-  
us debiti.

DISPUTATIO IV.

262

Ad l. Detestatio 40. & seqq. usq; ad l. 60.

TITVLI XVI. lib. L. Pandect.

DE VERBORVM ET  
RERVM SIGNIFICATIONE.

QVAM

DEI juvante gratiâ

Sub Præsidio

HENNINGI WEGNERI I. U. D.,  
& Professoris ordinarij.

In Academiâ Regiomontana publicè  
tuebitur.

WILHELMVS SIMONIVS  
Rostochiensis.

Ad diem 16. Septem.



REGIOMONTI

Excusa Anno cI cI CXVII

**V I R O**

Clarissimo atq; Excellentiss:  
DN. GEORGIO LOTHO Phi-  
losophiæ atq; Medicinæ Doctori, &  
in alma Borussorum Academia Regiomontanâ  
P. P. Serenissimiq; Electoris Branden-  
burgici & Ducis Borussiæ  
Archiatro,

*Amplissimo longoq; rerum usu & experientia  
prudentissimo*

Dn. GEORGIO LANGERFELDT,  
Reipubl. Regiomontanæ Sena-  
natori meritissimo

*Promotoribus ac Mecanatibus meis magnis,  
hanc perpetui cultus arrham cum  
officiosissima salute*

*Do, dico, consecro*

*Wilhelmus Simonius  
Rostochiensis.*



### Ad l. Detestatio 40.

Etestatio est denunciatio facta cum testatione §. 1. Servi appellatio etiam ad ancillam refertur.

Principium huius legis jam explicatum in l. præc. §. 2. Similiter intellectus §. 1. perspicuous est ex l. 1. sup. b. tit.

### Ad §. 2. & 3.

Familia appellazione liberi quoq; continentur.  
§ 3. Unicus servus familiae appellazione non continetur. ne duo quidem familiam faciunt.

† Operæ pretium fuerit varias familiae significationes, & quæ<sup>10</sup> eò pertinent, simul & semel exposuisse. Familia à famulatu deducitur, seu famel, voce osca, servum denotante, ut Festus autor est. Gödd. adl. pronunciatio 195. § 4. in fin. inf. b. t. Calepin, in voce familia. † Servitium autem nullum est nisi sint<sup>11</sup> qui præstent, & cui præstetur. Et hic quidem meritó caput, seu pars principalior familiae dicitur, cùm ejus gratia servitia fiant.

† Fieri a. dicenda sunt, non à personis tantum, sed etiam rebus, quæ juxta naturam suam quæq; usum præbendo, patrifamilias ministrare, & quasi famulari rectè dicuntur. Inde derivatæ familiae significationes omnes, de quibus in d. l. pronuncia. † Ait,<sup>12</sup> 4. familiae significationem deduci in res & in personas. Res in illa lege XII. tabb. significari quâ agnato proximo familia addicitur id est hereditas, & ita familia pro hereditate in § 1. § sed neq; 10. Inst. de testam. ordin. l. 1. & tot. tit. famil. erit. Familiana pro re acceptam primo loco posuit; non quod rei appellatio principalior sit, sed quod hoc in loco ipsum familia caput, dominus sc: rebus insit, dum hereditas non dominium tantum, sed & domina est, aut sanè domini defuncti personam sustinens, ut dictum ad l. nihil est aliud<sup>13</sup> 24. sup. b. t. † Familia ad personas relata vel ad singulas refertur, aut ad corpus quoddam. Personæ singulares non alia intelligendæ snt, nisi familiarum capita quæ veluti fundus sunt aliarum familiae significationum,

A. 2.

quippe

quippe hi sunt quibus famulitas seu servitium præstat. Ut cum  
eadem lex XII Tabul. de patrono & liberto loquitur: Ex  
ea familia in eam familiam: quasi dixisset, ex persona liberti, in  
personam patroni bona transiant Cujac. ad. d. l, pronunciatio § ad  
6. personas. 2. Quanquam Alciatus ibidem aliter explicet. † Cum  
familia refertur ad corpus quoddam seu universitatem, prout ip-  
sum corpus vel proprio vel communis jure censetur, sic & fami-  
lia. Jure proprio dicimus familiam, plures personas, quæ sunt  
sub unius potestate d. l. pronunciatio. §. 3. Plures personas di-  
7. xit, pro personarum pluritate. Aristot. i. Oecon. 2. † Iste unus  
sub cujus potestate reliqui sunt, etiam singulatim familie appella-  
tione continetur, ut jam dictum.. quidni collectivæ seu con-  
junctim? cum sit familie princeps, l. familie 196. inf. h. t. sit pa-  
8. terfamilias, qui in domo dominium habet d. § 3. † Dominium  
9. jus est domini, facultas de re disponendi Harpr. ad princ.  
Inst. d. R. D. n. 24. & seqq. † Domus non tantum ad res  
pertinet, sed ad res quæ domi sunt, ad rerum, in primis cor-  
poralium, universitatem, seu universam possessionem Xenophon  
10. in Oeconomia. Donel. 9. + Comm. 8. † Dicitur rectè paterfamilias,  
etsi filium non habeat, quia aliud est patrem esse, aliud pa-  
terfamilias: illud relativum est, quod non existit sine altero  
correlato: hoc nomen qualitatis, jus demonstrans d. § 3. Ius  
sc. ex quo sui juris quis est, sub nullius potestate constitutus pr.  
Inst. de his qui sui rel. ali. jur. Et quia pupillus qui est in tutela ni-  
hilominus sui juris est pr. Inst. d. tutel. rectè paterfamilias ve-  
cari potest l. 4. de his qui sunt sui rel. ali. jur. etsi actu nullus  
forsitan in potestate habeat, cum habilis sit, ut habere possit. G. d. 4.  
add. § 3. n. 4. Similiter cum liberi, mortuo patre, sui uris  
fiant princ. inst. quibus modis jus pat. pot. solv. contingit ut  
singuli proprias familias nanciscantur, & fiant singuli sua um-  
familiarum principes & capita, quod eadem ratione contingit  
11. in emancipato d. § 3. † Sed inter masculos & foeminas hac  
in parte hoc discriminis est, quod illi familie jus ulterius deducere & propagare habiles sint, ut geniti ex illis, in illorum fa-  
milia esse, et ex eadem, soluti vinculis paternis, propriam  
qui

quidem familiam nanciscantur, sed in communitate.  
feminæ vero, ut ut caput familiæ dicantur, tamen simul & finis  
sunt, cum liberi ex ipsa nati sui patris familiam sequantur d. l.  
pronunciatio § fin. & l. seq. inf. h. t. † Ihas autem personas  
qua sub potestate sunt, oportet esse plures, ut familiæ appella- 12.  
tione veniant d. § 3. Alias quidem pluralis elec[t]io duorum  
numero contenta est l. ubi numerus 12. ff. d. test. b. Sed id nec  
perpetuum est, nec in collectivis nominibus iocum habet. Tres  
n. plerunq; debent esse, ut recte dicantur plures l. i. d. opt.  
ligat. Duos appellamus ambos, plures tantum dicimus de tribus.  
Anst. lib. 1. de Cœlo. Et notum est, apud Græcos dualem se-  
parari a plurali Cujac. b. Et tres faciunt collegium l. Neratius  
85. inf. h. t. nec duo familiam faciunt. § fin. h. l. n. † In edi- 13.  
cio quidem unde vi, familiæ appellatione etiam unicus servus  
coabitetur l. i. § sed queritur 17. d. ri & vi armata, sed id ex  
interpretatione, non ex vi verborum est Alciat. b. n. 82. quia  
nempe ibi eadem ratio est in uno servo, qua est in familia, &  
& licet constitui non possit, servari tamen potest in uno servo fami-  
lia l. 7. §. ult. quod cuiusq; univ. nom. Facile etiam potuit Ulpianus  
hominib[us] coactis factum affirmare, et si unus homo coactus sit, qui,  
& si quis solus damnum dederit, verba non deficere existimat, ut  
particula etiam subaudiatur in l. Prætor. 2. § sed et si c. & seq.  
vi boner. raptor. † Ut v. distinctæ sunt potestatis species, pa- 14  
tria sc: & dominica: d. pr. Inst. d. his q. su. rel. al. jur. ita  
& distinctæ familiæ appellationes. † Primo dicimus familiam 15.  
personas in eadem patria potestate existentes. Patria potestas ju-  
ris civilis est § jus a. potestatis. Inst. d. patri potest. Nihilominus  
eam nancissimur aut natura aut jure d. § 3. Per naturam intel-  
lige non qualemq; actum naturalem, sed qui jure proba-  
tur, justas sc: nuptias pr. Inst. d. patr. potest. quemadmodum  
& alibi liberi naturales vocantur, naturales & legitimi simul  
intelliguntur. § minus 11. Inst. d. success. ab intest. l. i. pr. de ba-  
no. poss. contratabul. Per jus intellige solum & nudum jus natu-  
rali adjumento destitutum, ut in adoptione pr. Inst. d. adopt.  
† In his personis Vlp. enumerat primum matremfamilias. 16.

A 3

Hæc

Hæc liberos in potestate non habet § Fœmine. Inst. d. adopt. ut  
familia appellazione hic possit videri comprehensa liberorum  
ratione, quos in potestate habet. Cum a. in patria potestate,  
non materfam: sed filiafamilias respectu sui patris erit dicen-  
da l. 3. § prohibetur s. d. donat. int. vir. & uxor. l. si uxorem

17. s. C. condi. insert. † Ergo matremfamilias intelligamus  
aut respectus sui ipsius, cum sit familie quidem sua caput, sed et  
iam finis: aut servorum & rerum intuitu, quæ ipsius sunt, cum  
sui juris est. l. nam cipium 4. d. h. qui sui &c. aut respectu ma-  
riti, in cuius potestatem & manum aut per coemptionem, aut ali-  
ter sacrâ paternis soluta, transit Gellius 18. noct. attic. 6. inf.  
Ant. Hotman. de ritu nupt. c. 23. Franciscus Hotman. d. ritu nupt.  
c. 22. Scipio Gentilis 2. de donat. inter vir. & uxor. 19. vel et-  
iam sacrâ paternis non soluta, in potestate tamen maritali ni-  
hilominus eam esse, forte non absurdum fuerit. Gen. 3. v. 16. 1.  
Pet. 3. v. 1. arg. l. ea quæ. 25. in verbo omnino. de donat. inter  
vir. & uxor. Schneid. ad § fin. n. 4. & seqq. Inst. quibus modis  
patr. potestas solvitur. Cum distinctæ sint potestatis species arg.  
prin. Inst. qui testa. tut. dari poss. & nuptijs divina humanaq;  
jura eidem communicentur l. 1. d. ritu nupt. dignitatem quoq;  
a marito sumat l. fœmine 8. de Senator. l. mulieres 13. C d. dignita-  
tibus inq; ejus officio esse debeat l. sicut 48. d. ope. liber. l. sed &  
vir. 31. de donat. int. vir. & uxor. quin expresse in familia viri  
esse dicitur in l. milites 10. C de re militari. quæ hoc in loco à po-  
testate neutquam distingui potest, cum potestas familie propria  
nota sit. d. § 3. verb. potestate. Et licet ista potestas propriè non  
sit patria, eidem tamen est subordinata, quippe sine qua nuptijs  
non sunt, nec sine nuptijs talis patria potestas d. pr. Inst. d. patr.  
18. potest. † Inde generaliter quælibet uxor materfamilias in l. 1.  
ver. quippe. de concub. l. cum qui ig. ver. cum aliam. C. ad l. 1. l. d.  
adult. quia sc: per eam, ut matrem, patrisfamilia propagatur &  
19. l. familie. 196. h. t. † Deinde Ulpianus in his personis enu-  
merat filiumfam. filiamfam. quiq; deinceps vicem eorum sequun-  
tur, nepotes sc: neptesq; & deinceps exterios, ex filio natos, non  
ex filia; hi enim in patris aut avi paterni, non materni potestate  
20 sunt § fin. Inst. d. patr. potest. † Ratione dominicæ potestatis fa-  
milia

milia refertur ad servos potestati dominicae subjectos d. l. pronun-  
tiatio § servientium 4. inf. b. t. vel ad certum genus servorum, si hoc  
additum sit, veluti cum dicitur de familia publicanorum, non o-  
mnes servi, non cujuscumq; generis servi demonstrantur, sed vesti-  
galis causa parati l. quanta 12. d. publica. Et res. vel ad servos qua-  
lescumq; si se: nihil additum sit unde restringatur, ut in l. 1. ff. si  
fam. furt. fecis. dic. l. 2. § familia, vi honor. rapt. l. 1. § fami. de vi  
et vi armata. † Hac familie appellatione etiam filii continentur 21.  
d. l. pronunciatio § - sed et filii non vi verbi, sed per interpretatio-  
nem l. 1. § si filius fam. de vi et vi armata quatenus sc. patria po-  
testas dominicae quodammodo similis est, & filium familias in re  
patris esse, facit videri l. 1. d. R. V. † Continentur & liberi ho- 22.  
mines b. l. n. § familie 2. non quā liberi sunt, sed quā conditionem  
servile imitantur, veluti bona fide nobis servientes & mercenarij  
l. l. 1. § familie 2. et § si filius fam. de vi et vi armata. l. si libertus 89. de  
furtu l. ediles 25. § 2. d. edit. edit. l. si plures 34. d. injurijs qui licet  
servi non sint in alio et seu dominio, sunt tamen ex uno et seu sub-  
jektione Cujac ad d. § 2. b. l. n. † Communi jure familiam dicim⁹ 23.  
omnium agnatorum. Agnati sunt, per virilis sexus perso-  
nas cognitione juncti § 1. Inst. de legit. agnat success. qui licet  
familiam ipsi propriam habeant: tamen cum sub unius potesta-  
te fuerint, aut futuri essent, si primus genitor eorum viveret, nec  
capite deminuti fuerint, communem familiam retinent d. l.  
pronunciatio § 3. in fin. † Emancipati v. quia capite minuunt- 24.  
tur § 3. Inst. d. cap. dimin. ne quidem communi jure agnati  
sunt l. capit. 11. de suis et legit. hereditib. juraq; familiæ amittunt l.  
nam et cetera 6. de capit. minut. nec tutela legitima, quæ commu-  
ni agnationis jure defertur pr. Inst. de legit. agnat. tut. ad ipsos  
propriæ pertinet, ne fratrum quidem t. t. de fiducia. tutel. † Ve- 25.  
niunt tamen aliquando familiæ appellatione l. pto. 69. § fin.  
et legit. 2. vel respectu habito ad tempus prateritum, quo in  
familia fuerunt, vel sane latiori familiæ appellatione, qua per-  
sonæ designantur, quæcunq; ab ejusdem ultimi genitoris sanguini-  
ne proficiuntur, d. l. pronunciatio § item appellatur † qua ap- 26.  
pellatione etiā cognati veniunt, qui & ipsi quasi una communis  
terre natii, vel ab eodem orti progenitive sunt l. non facile. 4. §  
agnatis, de gradibus.

Adl.

### *Ad l. Armorum 41.*

- Armorum appellatio non utiq; scuta & gladios,  
galeas significat: sed & fustes & lapides.
2. *† Vis armata etiam à privaro illata publica est s' recuper.* 6. in fin.
  2. *inst. d. interdict. § item lex Iulii de vi pub. inst. d. pub. jud. † Arma primaria sunt ad pugnam præparata, quorum usus principalis vel ad luxandum est, ut gladij hastæ sclopetae; vel ad defendendum, ut*
  3. *galeæ, clypei. Goedd b. n. 4. † Sed hic ostenditur ex Cajo, et si pugnæ causa paratum non sit, veluti sunt fustes & lapides, si tamen in hoc arripiatur, ut eo noceatur, ipso usu arma fieri, & armorū appellatione cōprehendi l. armatos 9. ad l. Iuliam de vi pub.*
  4. *† Inde si lex vel statutum arma simpliciter prohibeat, de fustibus & lapidibus non intelligitur Novel. 85. Clement. 1. de statu Monach. Alciat. b. n. 3. & 4. quia fustes & lapides per se, si facto alicujus non adhibeantur ad nocendum, non sunt arma. At si lex ipsum usum spectet, quo fustes & lapides etiam arma sunt, aliud dixerim l. 1. § vi possidere, 2. l. 3. § 2. d. vi & vii armatis. l. 1. § 17. de Senatuscon. Syl.*

### *Ad l. Probrum 42.*

Probrum & opprobrium, id est probra quædam naturâ turpia sunt: quædam civiliter & quasi more civitatis. Ut puta furtum, adulterium, naturâ turpe est. Enimvero tutelæ damnari, hoc non naturâ probrum est, sed more civitatis. nec enim naturâ probrum est, quod potest etiam in hominem idoneum incidere,

1. *† Probrum & opprobrium idem est. Probrare, opprobrare, reprobrare, improbrare, est turpe aliquid objicere, convitum facere; Goedd. b. n. 1. Probrum seu opprobrium ipsa objecio, ipse actus convitiandi. At crimina seu turpia quæcum; cum ignorantia sequuntur, quæ proinde occini aut objici criminoso possint; ratione hujus habilitatis, probri nomen ad ipsum crimeum seu ignoriam porrectum est, l. probrum 41. de ritu nupt. ut Valla.*

Vallæ 6. eleg. 44. contrarium sentientis argumenta hinc faci-  
lē invertantur. † Probrâ naturâ turpia sunt, aut more civi-  
tatis. Naturâ sunt turpia, quæ ipsa naturalis ratio, omnium,  
hominum mentibus insita, dicitat esse omittenda. argt. §. Ius &  
civile vers. quod vero naturalis. Inst. d. I. N. G. & C. § singulorum  
Ist. d. R. D. quæ non nisi animo malo fieri, nec in hominem ido-  
neum umquam cadere possunt argt. b. l. n. in fin. † Ex qui-  
bus non condemnati tantum, sed & pacti seu confessi, infames fi-  
unt, qualitercunq; sc. de delicto constet § ex quibusd. 2. in fin.  
Inst. d. pœn. tem. litigan. l. athletas 4. § fin & l. seq. d. bis qui not.  
infam. † Exempla Ulpianus ponit, furtum & adulterium. Ut 4.  
farta gentibus quibusdam, Alciat b. n. 3. sic aliis & adulteria impu-  
nita fuerunt Polidor Virg. 1. de rer. invent. 4. Goth. ad b. l. n.  
quorum barbaries irrationalis, ex naturali ratione emendari me-  
retur, si non & castigari; tantum abest, ut ad. nutum ejusmodi  
bestiarum, jus gentium stet eadatve Donel. 1. Comm. 6. & 7. † 5.  
Gentium jure dominia distincta sunt l. ex hoc jure 5. de I. & I. Vas-  
q; 2. Illust. contro 51. n. 11. Furto autem non isthæc tantū dominio-  
rum distinctio, sed ipsa quoq; naturalis possessio, ex qua primum  
dominia cæperunt, l. i. in pr. d. acquir. posse, turbatur. Et du-  
bitandum erit adhuc, num jure naturali sit prohibitum admitte-  
re l. r. § fin. de furt. Similiter naturalis ratio dicitat, ab alie-  
na uxore absstinendum esse, in tantum, ut etiam mulieribus hoc  
jus natura notum sit, nec in adulterio commisso ullam excusa-  
tionem habeant. l. si adulterium 38. § fratres 1. in fin. ad l. Iul.  
d. adult.. † More civitatis turpia sunt, quæ etiam in hominem 6.  
idoneum incidere possunt b. l. n. id est, quæ non semper sunt  
turpia, sed possunt esse & non turpia, non infamare, cum sc. in-  
cidunt in hominem idoneum, hominem integrum & vitæ, & famæ  
ratione l. 4. d. popul. act. Cujac. ad b. l. † Inde ex his causis 7.  
non tam turpis est pactio, ut infameret l. in actionibus 7. d. bis qui not.  
infam. & damnatus etiam, non fit infamis, nisi expresse ob dolu da-  
mnatus l. 1. § calumniatoribus. ad Senatuscons. Turpilia. l. 2. §  
ignominiosa. de his qui not. ant. infam. quippe mitior sumitur interpre-  
tatio, & creditur damnatus ob culpam quæ non infamat. § suspe-  
B. aus. 6.

**¶** **q. 6** **Inst.** d. **susp.** **tutor** + **Exemplum** proponitur de eo qui tu-  
telæ **damnatur**. Is potest & injuriæ **damnatus** esse d. **S** **suspectus** us  
cum **Prætor** jus quoq; reddere dicatur, etiam cum iniquè decernit  
**I. pen.** d. **I.** & **I.** & jure **damnatus**, potest etiam ob culpam **damna-**  
**tus** esse d. **S** **suspectus** quam non quilibet facile evitare, & sic con-  
**demnatio** hujusmodi etiam in hominem idoneum incidere potest.

Ad l. Verbo vicitus. 43.

Verbo *victus* continentur, quæ esui potuiq;  
cultuiq; corporis, quæq; ad vivendum homini ne-  
cessaria sunt. Vester quoq; *victus* habere vicem  
Labeo ait. *Ad l. Et cetera 44.*

Et cætera, quibus tuendi curandive corporis nostri gratia utimur, ea appellatione significantur.

Ad l. Fnstratum 45.

Instratum omne vestimentum contineri quod  
iniciatur, Labeo ait. neq; n. dubium est, quin stra-  
gula vestis sit omne pallium ~~περιστέλλει~~. In vicium er-  
go vestem accipiemus, non stragula: | instratum,  
omnem stragulam vestem.

1. † Rogatus aut jussus es quendam educare; ad victimum necessaria ei præstare cogendus es. l. fin. de alim. legat. ita pœnalis actio in eum datur, qui victimum vel instratum inferri judicato non patitur l. s. victim 34. d. re judic. † Quæri potest quid verbo victimus et instrati continetur. Ex Ulpiano respondendum, verbo victimus contineri, quæcunq; ad vivendum homini necessaria sunt h. l. n. † Verbum vivere quidam putabant tantum ad cibum pertinere, sc. generalius sumptum, ut & potum comprehendat: quia sine his hominum nullus, nulla ratione naturaliter vivere: sine vestimentis & alijs vero, qualiter qualiter potest. Valla 6. elegat. 56. Et primariò puto contineri cibum potumq; quæ & primariò faciunt ad vitam sustentandam, cum his ipsis vita sustentetur. † Sed Ofilius ad Atticum ait, his verbis & vestimenta & stramenta contineri

contineri l. quos nos hostes 234. § fin. l. h. t. nec non Ulpia: noſſer b.  
h. l. n. vētem, vīctō habere vicē Labeonis auctoritate comprobat.  
† Cajus itidem in l seq. hanc significationem extendit etiam ad  
cetera, quib⁹ vivendi curandive corporis nostri gratia utimur, ve- 5.  
luti est habitatio, & medicamēta. Sine his n. nemo vivere potest  
d. l. 234. § fin. nemo sc. Romanorū, quorum hæleges sunt. Alc. h.  
n. 4. Sine alimento corpus non vivit, et sine his ali corp⁹ non  
potest l. legat. 6. de alim. ex ciba. legat. Vivere sine vēstimentis nemo  
potest seu honestatē speeſes & bonos mores quibus contrarīum est  
nudum incedere, ac proinde cum verecundiam lædat, nee facere  
id nos posse credendum est Alber. Gent. de act. fab. c. 16. seu uti-  
litatem & necessitatem, cum aliter à calore aut frigore nimio,  
adeoq; à morbis mortis præambulis, qui etiam à solis æstu, lunæ  
humiditate, ventorum impetu, causantur, corpus nostrum nequa-  
quam defendere possimus Goedd. ad d. l. & cetera n. 2. † ideoq; &  
quod transactio super alimentis non porrigitur ad vētes & habi-  
tationem, id non ex verbi natura est, licet strictè sumta, ut putat  
Alciat. h. n. 5. sed dispositione D. Marci speciali, qui non nisi  
specifice & nominatim super his transigi voluit. l. cum hi. 8. qui §  
transgit. 12. & ibi Egid. & Hörtens. de transact. † Non quodecunq; ta- 7.  
mē inſtratum vīctus appellatione continentur, quia nec quodecunq; ad  
vivendum homini necessarium est † Inſtratum dictum est ab in- 8.  
ſternendo: estq; vel animantium reliquorum, vel hominis gratia;  
& hoc vel ad ornatū, aut ad hominem vētiendum, tegendum, aut  
inſternendum Goedd. ad l. inſtratum. 45. n. 2. & hæc vocatur stragula  
vētis, seu pallium nec simpliciter, sed pallium περιγωμα, id  
est, quod inſternitur vel injicitur. Palliu n. simpliciter nomē gene-  
rale est eorum omniū, quæ habentur induendi causa vel in iſcien-  
di. Cujac. h. † in vīctum ergo vētem accipiemus, sc: stragulam 10.  
quæ vētis est; non stragula alia, sc: quām vētes stragulas: sed  
non ideo minus inſtratum accipiemus, etiam omnem stragulam  
vētem, ut eo modo stragula vētis sit veluti sub duobus generibus:  
sub vēte quatenus vētis est: sub inſtrato quatenus stragula est.

Ad l. Pronunciatum. 46.

Pronunciatum & statutum idem potest. Pro-

B 2

miscue

missus enim & pronunciasse & statuisse solemus dicere eos, qui jus habent cognoscendi.

1. † Pronunciare idem est, quod lingua nuncupare, seu nominatum ac diserto proferre l. i. § 1 in verbo pronunciando. de ædilit. edict. l. quod libertatis 69. § qui a. i. d. erit. Hot, in lex. in verb. pronunciare est proloqui: & pronunciatur idem quod proloquium Gell 16. noct. attic. 8. in jure autem, ubi verba cum effectu accipiuntur, pronunciatum intelligi debet non inane, sed vim aliquam habens.
2. † Et quidem ad privatam personam relatum, in eadem tantum & rebus ejusdem, non in alijs etiam, efficax est l. quod si nolit 31. § si venditor i. de ædilit. edict. l. ex empto 11. § qui autem 18. versic.
3. sed Julianus. d. action. cmt. † Publica a. persona non semet pronunciando obstringit, sed litigantes, quorum causam cognoscit, & cognitam pronunciando determinat l. si servus 50. § si hered. i. de legat. i. † Igitur pronunciatum quando refertur ad eos, qui jus cognoscendi habent, significat ipsam illorum sententiam l. i. de re judicata. quod hæc, non publicata, nulla sit l. i. & 2. C. d. sent. ex brevic. recit. Sed & ipsa nequaquam publicanda est, nisi deliberatione habita, antè formata, & secura fidelitate in libellum collata sit. d. l. 2. l. fin C. comm. epist. † Eo pacto vocatur & statutum. Sicutem propriæ est ponere aliquid & erigere. Cum a. ad animum refertur, certum ejus judicium significat, quia sc: eodem, quod antea mobile veluti & dubium erat, re per pensa validisq. argumentis firmatur, ut certum ponitur & statuitur. Ita v. statuitur ut statutum in nuda cognitione subsistat, quod locum habet in Philosophia theorica: aut ut aliquid se quatur, in jure quidem effectus juridicus, qualiter & privatus de sua statuit recte. argt. l. prætor. 15. verb. statuta libertas. & seq l. d. 6. noxal. action. † Sed majoris est auctoritatis statutum ejus, qui jus cognoscendi habet, qui & statuit inter alios, id est, cognoscit de illorum causa, & cognitam disjudicat h. l. n. Ejus judicium seu statutum robur nullum habet, nisi pronunciatum; & pronunciatum nullum est, nisi statutum fuerit d. l. 2. C. d. sent. ex brevic. recit. Ergo non cujusq; verbi origine, sed necessitate coherentiae in rebus ipsis, in eo qui jus cognoscendi haberet, statutum
7. & pro-

& pronunciatum idem possunt. † Ius quidem cognoscendi, habent judex pedaneus & arbiter, inde & illorum sententiae statuta l. 4. § si quis condemnatus l. inter pares 38. de re judicata l. sed si compromissum 14. de recept. arbitr. Gödd. b. n. 3. Multo magis autem habent illi à quorum autoritate illorum jus dependet, ipse sc. magistratus, cum causas audit, cuius proinde etiam est pronunciare l. Amilius 38. de minor. l. quæ ex relationibus 2. C. d. legib. Quin etiam in legibus ferendis magistratus statuere dicitur l. sanicus § item illud statuimus. C. d. episcop. & clericis. Tertium non dicatur pronunciare, quia sufficit legem publicari qualitercunq; sine legislatoris pronunciatione argt. Nov. 66. § 1. n. 3. l. 2. § postea 4. d. O. 1.

Ad § matremfamilias 1.

Matremfamilias accipere debemus eam, quæ non dishonestè vixit, matrem, n. familias à cæteris feminis mores discernunt, atq; separant, proinde nihil intererit, nupta sit an vidua, ingenua sit an libertina, nam neq; nuptiæ, neq; natales faciunt matremfamilias, sed boni mores.

† Matrisfamilias nomen aut relatum est, aut absolutum. Relatum aut jus patriæ potestatis respicit, & opponitur filiæfamilias, ut materfamilias sit foemina sui juris l. nam circum 4. d. his qui sibi juris aut jus connubij, ut materfamilias sit quæ est in familia patrisfam. mariti fui, de quo dictum supr. adl. 40. § fin. † Absolutum refertur ad ipsam mulieris qualitatem & conditionem, qua bonis moribus discernitur à cæteris foeminis b. l. n. Igitur ubi sine respectu materfamilias nominatur, foeminam bene moraram exaudiamus, nec quid præterea nisi honestatem morum spectemus ut in l. 3. § ult. d. lib exhib. l. quæ adult. 29. C. ad. l. iul d. adult. Nuptias hic non spectamus, quia & non nuptiæ sepius honestatis decus tacentur viduæ honestæ l. multum 242. § viduam 3. inf. b. t. Nec spectamus natales, cum nec libertina conditio ansam honestè vivendi præcludat. Virtutem spectamus, quæ & ipsa dignitatem præbet l. item legato 49. § parvi 4. d. legat. 3. digni

Dignitatis a. signum est vestitus, non meretricius, sed matroalis  
l. item apud 15. § si quis virgines 15. d. injurijs.

Ad l. Liberationis 47.

Liberationis verbum eandem vim habet, quam  
solutionis.

1. † Qui qualitercumq; impeditus naturali libertate uti, isto  
2. nexus liberatur, is dicitur solvit. solutum 48. inf. h. t. † Liberatio  
est veluti libertatis recuperatio, quæ contingit per solutionem  
vinculi, quo libertas impeditabatur l. nihil enim 2. de hom. lib. exhib.  
Utrumq; & actum solvendi seu liberandi, & rem ex actu  
eiusmodi subsequentem, ipsam libertatem recuperatam significat,  
igitur liberandi verbum eandem vim habet, quam solvendi, et si  
hoc magis ad causam, illud ad effectum videatur inclinare, quippe  
liberatio non contingit sine vinculo soluto; & vinculum non  
3. est solutum, quod adhuc stringit. † In jure vinculum eiusmo-  
di est obligatio § 1. Inst. de obligat. In obligatione quæ solvi pos-  
sint, sunt ipse nexus, seu ipsamet obligatio l. prout. 80. d. solut.  
Est & persona obligata l. decem 116. de V. O. est & res quæ debetur  
pr. Inst. quib. mod. tolli. oblig. Hic Finis obligationis est, ut res sol-  
4. vatur. d. pr in. verb rei solvendæ Inst. de obligat. † Inde rei debi-  
tæ præstatio, solutio est per excellentiam & in specie dicta, quæ  
ex ipsa obligationis natura eandem solvit l. solutam 49. d. solut. d.  
5. pr. Inst. quibus mod. toll. obligat. † Sed cum res solvatur hac in-  
tentione, ut sic per eam solvatur & obligatio, & per obligationem  
debitor, cui ex illa solutione liberatio contingit; solutum dicitur,  
etsi res debita, creditoris sc. voluntate, præstata non sit, sed aliter  
debitor, veluti acceptilatione, sit liberatus l. si non obtulit 4. § ait  
Prætor 3. d. re judicat. aut delegatione l. verbum exactæ. 187. inf.  
h. t. & ibi Alciat. & solutionis verbum pertinet ad omnem libe-  
rationem quo modo factam: magisq; ad substantiam obligationis  
refertur quam ad nummorum solutionem, inquit Paulus  
in l. solutionis 54. d. solut. Id ipsum enim ex quo, creditoris con-  
sensu, liberatio sine rei debitæ præstatione contingit, est loco rei  
debitæ solvendæ. † In tantum v. solutum intelligitur, in quan-  
tum liberatio contingit, & in tantum etiam, solutionis verbo  
tisfactio

satisfactio quoq; omnis comprehenditur l. solutionis 176. Inf. b. t.  
Si satisfactio ejusmodi quæ debitorem non liberet, illa nec ve-  
nit appellatio solutionis d. l. 4. S ait prætor 3. dere jud. Illa  
vero liberat, quæ sit juxta promissa d. l. 176. quale promissum in  
delictis ipso facto intervenisse videri potest. ut dictum sup. adl. La-  
bo 19.

### Ad l. solutum 48.

Solutum non intelligimus cum, qui licet vincu-  
lis levatus sit, manibus tamen tenetur. ac ne eum qui  
dem intelligimus solutum, qui in publico sine vincu-  
lis servatur

† Alijs incipit hæc lex ita: Qui neq; sequantur neq; ducan- 1.  
tur. Hæc verba veteribus interpretibus pro portento fuisse scri-  
bit Cujac. b. Varie n. illa sunt interpretati Alciat. b. n. 1. & 2.  
Rectius idem Alciatus in antiquis Codicibus observavit, esse par-  
tem tituli, explicandam ex l. 4. de in jus vocando Duaren. 1. d sp. 2.  
anniv. 1. † In jus vocari nequit, qui est in vinculis, aut custo-  
dia l. sed & si quis 4. § illud 1. versi plane. si quis cauit, in judie.  
et, quod aliter se habet, si tum non sit amplius, cum vocatur, si  
tum solutus sit. † Inde quæstio, quis dicatur solutus. Ad quam hic 3.  
respondet ex Cajo, non sufficere quem vinculis levatum, sed &  
manibus non tenendum, nec in publico servandum, l. vinculorum  
224. inf. b. t. ut quis solutus dicatur. Etsi enim carcere clusus,  
non videatur esse vincitus neq; in vinculis l. verum est 216. inf. b. t.  
est tamen in custodia argt. l. 1. d. custod. & exhibit. reor. nec ei  
libera est recedendi facultas, quod non multum à servitute abest.  
Cujac. ad d. l. 216. inf. b. t. l. 2. d. liber. hom. exhib l. succurri-  
tur. ex quibus cajus majo. † Varia vinculorum genera recenset 4.  
Alciat. ad l. verum 216. l. b. t.

### Ad l. Bonorum 49.

Bonorum appellatione aut naturalis aut civilis  
est. Naturaliter bona ex eo dicuntur, quod beant  
h. e. beatos faciunt. beare est prodesse. In bonis  
autem

autem nostris computari sciendum est non solùm  
quæ dominij nostri sunt; sed & si bona fide a nobis  
possideantur, vel superficiaria sint. Et eque bonis ad-  
numerabitur, etiam si quid est in actionib. petitionib.  
persecutionib. nam hæc omnia in bonis esse videntur.

De hac lege dictum sup. ad L. Princeps. 21.

Ad l. Nurus 50.

Nurus appellatio etiam ad pronurum, & ultra  
porrigenda est.

Ad l. Appellatione 51.

Appellatione parentis non tantum pater, sed  
etiam avus & proavus, & deinceps omnes superio-  
res continentur; sed & mater, & avia, & proavia.

¶ Cognatorum ordines diversi, ordinum diversi gradus: &  
singulorum distinctæ appellations l. 1. l. idus 10. de gradibus

¶ Appellationum aliæ generales sunt aliæ speciales. Generalis  
est parentum & liberorum. Parentes sunt in linea ascendi, om-  
nes, sive paterni, sive materni. l. appellatione 51. h. t. sive proprio  
vocabulo nominentur, sive ulteriores tritavo, speciale nomen non  
habentes, maiores appellantur d. l. idus. 10. § 7. Etsi n. hi.  
maiores dicantur, non tamen ideo parentes dicendi non sunt l.  
quiq; litigandi 4. § parentes. 2. d. injus rocan. ut nec ipsis qui  
speciali nomine gaudent, majorum generale denegandum l. lex  
que tutores 22. vers. nec rerò domum. C. d. administ. tut. Alciath. n. 3.  
Imprimis quidem pater & mater, a quibus immediate proles  
procreatur, parentes dicentur. Sed nihil obstat, quo minus &  
reliqui ita vocentur, a quibus Pater & mater sunt, & horum in-  
terventu, liberi, per hos nati. Gödd. h. n. 2. ¶ Similiter li-  
berorum & natorum appellatio generalis est, ad nepotes l. si. do-  
tali 48. sol matr. pronepotes, catoresq; qui ex his descendunt  
pertinens l. natorum 10 4. l. liberorum 220 prim. § & Dirus 2. inf. h. t.

non tantum usq; ad trinepotem, qui peculiariter nominantur, sed  
ultra hos, qui vocantur posteriores d. l. Ictus 10. § parentes. in f.  
de gradib. l. sed si hec 10. § liberos 9. d. in jus voc. l. i. § generaliter  
i. d. leg. præst non tantum qui sunt in potestate, sed omnes qui  
sui juris sunt, sive virilis, sive foemini sexus sint, ex ve foemini-  
no sexu descendentes l. cognoscere. 56. § liberorū 1. inf. b. t. † Pa-  
tris & filij appellations sunt speciales: in primo .n. gradu pater 4.  
suprà, filius infra est d. l. i. § primo gradu 3. d. l. 10. § primo  
gradu 12. de gradib. Ita patris nomine, avus & reliqui ascenden-  
tes; ut & filij nomine, nepotes & deinceps, verbi proprietate  
non veniunt l. lege Iulia. 44. § hoc capite 1. & seq. d. rit. nupt.  
l. si quis 5. d. test. tut. § si quis filiab. Inst. qui test. tut. dar.  
habent .n. ipsi proprias appellations, quibus opus non esset, si  
unum omnibus sufficeret argt. l. si idem 7. C. d. Iure Codicillo &  
aliter filij aliter nepotes appellantur d. § si quis filiab. quorum no-  
minib; ideo singulatim lex stitit, quod solis his succurrere velit,  
quos nominatim enumerat: alioquin potius uteretur verbo gene-  
rali d. l. liberorum 220 pr. Infr. b. t. † Quod autem non potest vis  
verbi, id potest quandoq; interpretatio iusta, quæ ex identitate ra-  
tionis, appellatione patris avum, & filij nomine nepotem demon-  
strari intelligit l. filij appellatione 84. l justa 201. inf. b. t. non tantū  
quod s̄pē commodè separari non possint d. l. liberorū 220. § sed &  
Papinius 1. infr. b. t. possessionē 11. C. comm. utr. jud. sed etiā propter  
affectionem filialem, quæ etiam in nepotes naturaliter descendit d.  
l. liberorum § fin. Alciat. ibid. Unde recte decisum est, pactū, bona  
esse filijs applicanda, & nepotibus prodesse Alcia, ad d. l. liberor. nu.  
7. & seq. Surdus decis. 73. Vid. & Curt. Iun. Consil. 57. 113. & 6.  
14. † In tutelis tamen hæc interpretatio locum non habet  
d. l. si quis 5. & seqq. d. testa. tut. in quibus non sola affectio specta-  
tur sed & certū animi judicium pr. Inst. d. satis d. tut. quod de nepo-  
tibus aliud esse potest, quam de filijs, si illis idem tutor fortè non  
conveniat, aut omnibus ex æquo super esse non valeat. Nepotum  
etiam hic nullum periculum sit, qui testamentario deficiente le-  
gitimum habebunt, aut dativum tutorem accipient pr: Inst. d. at-  
til. tut. Donel. 3. Comm. 4. p. 143. † Similiter nurus appella-  
to pertinet propriè ad filij uxorem: nepotis uxor pronurus di-  
citur.

C.

citur. *l. non facile* § & quidem 16. d. grad. Sed & ipsa natus  
appellatione per interpretationem continetur & ptonurus; ut  
& generi appellatione progener; & saceri & socrus appellatio-  
ne, avus & avia uxoris vel mariti b. l. n. & ibi glo. l. cui eorum.  
3. § adfinitates. 1. d. postulando .l. generi 136. l. saceri 146. inf. b. t.

*Ad l. Patroni. 52.*

Patroni appellatione & patrona continetur.

*Ad l. sapeita 53.*

Sæpè ita comparatum est, ut conjuncta pro dis-  
junctis accipientur, & disjuncta pro conjunctis in-  
terdum soluta pro separatis. Nam cum dicitur apud  
veteres *agnatorum gentiliumq;* pro separatione acci-  
pitur: At cum dicitur, *super pecunia tutelare sua,*  
tutor separatim sine pecunia dari non potest. Et cum  
dicimus, *quod dedi aut donavi,* utraq; continemus.  
Cum vero dicimus, *Quod eum dare facere oportet,*  
quodvis eorum sufficit probare. Cum vero di-  
cit prætor *si denum, munus, operas redemerit,* si  
omnia imposita sunt, certum est omnia redimenda  
esse. Ex re ergo pro conjunctis habentur: Si que-  
dam imposta sunt, cætera non desiderabuntur. Item  
dubitatum illa verba *ope consilio* quomodo accipien-  
da sunt: sententiæ conungentium, aut separantium:  
Sed verius est, quod & Labeo ait, separatim accipi-  
enda: quia aliud factum est e/us, qui ope aliud e/us  
qui consilio furtum facit: sic n. alij condici potest,  
alij non potest: Et sane post veterum auctoritatem  
eo per ventum est, ut nemo ope videatur fecisse, nisi  
& con-

& consilium malignum habuerit, nec consilium habuisse noceat, nisi & factum secutum fuerit.

*Ad l. Conditionales 54.*

Conditionales creditores dicuntur & hi, quibus nondum competit actio, est autem competitura, vel qui spem habent ut competitat,

*Ad l. Creditor 55.*

Creditor autem is est, qui exceptione perpetua summoveri non potest: qui autem temporalem exceptionem timet, similis est conditionali creditori.

Lex 52. int. i. lex 35. in l. alienationis 28. § oratio. lex 54. & 55. int. Creditores 10. jam exaequicatae.

*Ad l. Cognoscere 56.*

Cognoscere instrumenta est relegere & reconoscere: dispungere est conferre accepta & data.

† Principium hujus legis est de cognoscendis instrumentis, & dispungendis rationibus. † Instrumentum omne est, quo res quæcunq; instruitur, ab instruendo sic dictum. Nam refertur etiam ad res corporales, diciturq; instrumentum fundim. l. i. d. instr. & instr. leg. & definitur apparatus rerum diutius mansuetatum, si ne quibus possesso exerceri nequit l. questum. 12. in pr. eod. tit. Idem refertur ad res incorporales, estq; ad nihil aliud utile, quam ad finem aliquem assequendum; ut cum Logica definitur instrumentum Philosophiae Zabar. lib. i. de nat. logic. c. 10. † Hinc in 3. judicijs generali instrumentorum nomine omnia accipienda sunt, quibus causa instrui potest, etiam testes l. i. de fid. instrum. l. notionem 39. § 2. Inf. b. t. † Verum cum testes speciale nomine assumantur, scripturæ, quæ semper & ab initio, tantum in hoc est confirantur, ut

C 2

¶ ut èadé causa instruatur, specifica instrumenti appellatio, usu  
accedente, relicta est Donel. defid. instr. c. i. Instrumenta philo-  
sophis dividuntur a causa efficiente, in ea quæ natura, & in ea quæ  
a nobis sunt Zabarel. d. c. 10. Iētis instrumenta à forma, alia  
publica, alia privata Wesenb. in parat. de fid. instr. num. 2. Aliter  
itidem instrumenta dividuntur ab objecto, aut rebus illis quæ in-  
strumento continentur, ut sunt chyrographum, syngrapha, cau-  
tio, epistola, apocha Donel. d. c. i. eo modo & rationes sunt  
species instrumenti, quo sc: comprehenduntur accepta & data,  
h. l. n. l. rationes 6. & seg. C. d. probat. Hæc species instrumen-  
ti dicitur & negotiatio l. s̄quis 6. § rationem 3. d. edendo quia sc.  
6. justæ negotiationis opus ultimum, & veluti complementum, sunt  
rationes argt. l. quædam 9. in pr. de eden. † Cognoscere ad  
instrumenta quæcunq; pertinet: dispungere in primis ad rationes,  
cognoscere est relegere & recognoscere: id est relegendo reco-  
gnoscere, non n. cognoscuntur instrumenta, quod illa ipsa sint,  
de quibus agitur, nisi ante a nobis conscripta signata, aut conscribi  
signari e visa: nec recognoscuntur nisi relegendo. Dispungere  
autem est quasi punctis discernere, & distincta invicem conserfe,  
7. h. l. n. co. sc. fine ut per collationem appareat, an quid, & quan-  
tum accepta & data se se excedant.: est computare seu bducere  
rationes. Gödd. h. † Aliud autem est expungere, sc. perime-  
re & delere rationes, non linea ducta, sed ut mos erat olim, pun-  
ctis subductis singulis verbis rationum, quod signum est deletio-  
nis & inductionis. Cujac. h. l. n. in fin. pr.

Ad § I.

Liberorum appellatione continentur, non tan-  
um qui sunt in potestate: sed omnes qui sui juris  
sunt, i.e. virilis, siue fœminini sexus sunt, ex i.e. fœ-  
minini sexus descendentes.

De h. § dictum sup. ad l. nurus 50.

Ad l. cui præcipua 57.

Cui præcipua cura rerum incumbit, & qui ma-  
gis

gis quam cæteri, diligentiam & solicitudinem rebus, quibus præsunt, debent magistri appellantur: quin etiam ipsi magistratus per derivationem, à magistris cognominantur. Vnde etiam cuiuslibet disciplina præceptores, Magistros appellari, à monendo vel monstrando.

† Magistri nomen declarat definitione & exemplis. Definitio verbis duplex, reapse una eademq; est. Id commune habet magister cum alijs, quod ipsi rerum cura incumbat, aut quod rebus quibus præst diligentiam & solicitudinem debeat: diligentiam scilicet in agendo, solicitudinem in consultando. Nam & alij, qui ob id magistri non sunt, ad diligentiam præstandam adstricti sunt, depositarius, commodatarius, venditor mandarius, & similes. contractus 23. d. R. I. † Quod v. præcipua ei cura incumbat, aud quod magis quam cæteri, diligentiam debeat, id demum est, unde magister dicitur, quoq; ab alijs discriminatur. † Pro rerum quibus præsunt diversitate, etiam magistrorum diversæ sunt species. Res, publicæ sunt aut privatæ. Rerum publicarum, seu qui sunt in publico officio, etiam magistri dicuntur l. 2. § & his dictatoribus 19. de O. I. tot. tit. C. de magistr. offic. Goth. h. Quin etiam ipsos magistratus per derivationem à magistris cognominari Ulpianus autor est in h. l. n. † Magistratus mihi videtur esse ipsum magistri officium, seu magisteria potestas: sed id nominis translatū, defumta a digniori appellatio- ne, ad officium reip. in totum, aut pro parte administrandæ: & ab officio ad personam ipsam, cui incumbit!. & qui data s. §. fin. & l. sq. ex quibus caus. maj. † Rerum privatarum magistri, consti- tuuntur aut privata autoritate, veluti magistri societatis l. item magistri 14. de pacis. navium l. i. § 1. d. exercit. act. aut publica, veluti olim magister præscriptionis, qui hodiè dicitur cura tor bonorum l. act. or. 9. ratam rem haberi pr. inst. d. success. subl. ibid. Theoph. Cujac. h. Sic & nunc disciplinarum præceptores, publica autoritate constituuntur l. magistros 7. C. de professo. & med. lib. 10. l. unic. C. d. professo. qui in urbe Const. l. b. 12. tot tit. x. de magist.

6. magist. + Hi magistri dicuntur a monend & monstrando b.  
l. n. In his m. ista specialis diligentia & solicitudinis præcel-  
lentia conspicitur, quod moneant dando utilia præcepta, & mon-  
strent accommodando idonea exempla. Quod etiam ad artes  
mechanicas produci potest, cum Ictus loquatur de ejuslibet di-  
p. sciplinæ præceptoribus gl. b. + Nec non hodie magistri re-  
g. dicuntur, ersi actu non doceant, dum ad docendum habiles,  
magisteria dignitate legitimè sint ornati clement. i. & 2. d. ma-  
gist. etiam negligentes, ab eo quod fieri debebat, licet non fiat  
arg. l. pen. d. l. & I. Alcia. b. n. s. eorumq; tres esse gradus,  
Baccalaureos, Licentiatos & Doctores tradit Alciat b. n. 4. De  
requisitis doctorani, & doctoratus sole ministratis videatur Pa-  
cianus 2. de probation. 41. per tot.

*Ad § persequi I.*

Persequi videtur, & qui satis accepit.

Satisfatio & satis acceptio tantum terminis differunt, res  
eadem est & actus unus: nisi quod is qui in codice actu satisfare dica-  
tur, pro quo fidejussores intercedunt l. 1. qui satisd. cogant. ae-  
cipere a. is, cui securitatis causa cayetur. Hujus licet voluntas  
ad sit in satis accipiendo; attamen non in id directa est, ut princi-  
palis persecutio perimatur. quin potius ne hac elusiora sit, sa-  
tisactio exigitur. Quapropter satis accipiendo nemo videbitur  
suum consecutus, sed magis in persecutione coeptra perstuisse  
l. prætor. 2. quib. ex causis in poss. Alciat & Goedd. h. Adde, que  
dicta ad l. verbum 8. § actionis 1. sup. b. t.

*Ad l. Licet 58.*

Licet inter gesta & facta videtur quædam esse  
subtilis differentia: attamen relaxans: nūs nihil inter  
factum & gestum interest,

Principium hujus legis jam explicatum est. sup. in l. Labeo 19.

*Ad § Paternos I.*

Paternos libertos recte videmur dicere no-  
stros

stros libertos : Liberorum libertos non recte no-  
stros libertos dicimus.

† Paterni liberti, sunt a patre manumissi pr. inst. d. Libert. † 1.  
In manumissum manet jus patronatus manumissori tot tit. d. 2.  
jure patroni, quod non pertinet ad secundum juris objecum, sed  
ad primum, non est patrimonij aut bonorum, sed personæ l.  
nemo præd. 126. § locupletior i. inf. d. R. I.l. naturalis. 5. § fin. d. 3.  
prescript. verb. † Ergo nec patrimonij jure & successionis,  
paterni liberti erunt filiorum liberti. Ipsius patris jus patrona-  
tus manet, non tam propter ipsum manumissionis actum, quam  
propter dominium quod habuit ante manumissionem argt. l. s.  
socius 48. d. man. test. † Eadem igitur ratione, quâ liberi et 4.  
iam vivente patre, eius portio sunt, & rerum paternarum domini  
l. in suis 11. d. lib. et posthum. Cum naturali ratione, quâ o-  
mnes liberi indistinctè sunt pars corporis parentum, a quibus pro-  
geniti argt. § fin. Inst. d. noxal. act. tūm civili jure, sc: patriæ  
potestatis, qua filiis familias eadem persona censeretur cum patre  
arg. § si quis alij 4. in fin. Inst. de inut stip. eadem inquam ratione  
etiam servorum paternorum domini sunt, in quos manumissos  
proprio jure, patronatus jus exinde consequuntur. In potesta-  
te quidem constituti indistinctè: Emancipati autem ratione tan-  
tum naturali, & in illis solum casibus, in quibus personæ natu-  
raliter designantur l. satis constat. 22. de jur. patroni l. tutela: 7. in  
fin. pr. de cap. mm. † Ex adverso liberorum liberti, non sunt liber- 5.  
ti parentum Liberorum liberti non sunt intelligendi illi, qui cum  
servi parentum essent, ipsorum voluntate à filio manumissi sunt  
l. filius fam. 12. d. jur. patr. sed qui liberorum proprij servi fuerunt,  
in peculio ipsorum castrensi vel quasi castrensi l. miles 4. in pr.. de  
castr. pecul. l. 2. ad Macedon. Quantum ad hæc peculia,  
habentur pro patribus familias etiam sub potestate constituti,  
nec in eadem pater ipsis viventibus, sibi quicquam arrogare po-  
test l. proponebatur 9. de castrensi peculio. † Ex quo facile est, 6.  
qua de causa nec jus patronatus competit patri in manumissos. h.  
l. n. serrum 8. d. jure patron.

Ad l. portus 59.

Portus appellatus est conclusus oculus, quo ilm,

portantur merces & inde exportantur; eaq; nihilominus statio est conclusa, atq; munita. Inde angiportum dictum est.

1. † Portum in primis definit locum. Locus est aliqua fundi portio l. seq h. t. Dicit autem esse locum conclusum, id est, undiquaq; septum & munitum. Deniq; addit esse locum ejusmodi, quo importantur merces & exportantur. Portus. n. à portando dictus videtur, nec quodlibet ædificium, licet sit conclusum, si non sit ad merces importandas & exportandas, propriè portus dicetur h. l. n. ibi Gödd num. 2. † Benè hoc nomine significari arbitror ædificia mercium causa apud nos parata, quæ vocam⁹ Speicher. Sed addit Ulpian⁹ nihilomin⁹ etiam portum accipi pro statione. Stationem dicimus à stando seu statuendo. is igitur locus demonstratur, ubi tutò naves stare possunt l. i. § stationem 3. de flum. Tutò autē stare non possunt, nisi & statio conclusa sit atq; munita. † Et quia naves in id extructæ sūt, ut merces portent; statio quæ naves recipit, si mul recipit & merces, latq; ita quodammodo locus sit, quo merces importantur & exportantur, consequenter & port⁹. inde angiportus vel angiportum dictum h. l. n. quasi angustus ad portum aditus † In lege quidem XII tabul. portus accipitur pro domo quacunq; in illis verbis, ob portum obvagulatum ito. de de quibus Cujac. h. Sed id per synecdochen fieri, & similitudine quadam, cum initio urbis Romæ ædificia essent instar insularum, recte monet Gödd. b. n. 4. & potuerunt quoq; initio, hæ ipsa ædificia fuisse mercium receptacula. † Stationis verbo congruit nostrum germanicum Lastadie/ quasi illa statio, in quam hic naves recipiuntur.











AC CARCERES IN CAUSA DEBITI

*sonalis arresti gratia secessionem fecerit eum in cambiale usu vel lege haud innectum; nihil obstat validere cambialiter conveniri posse, docet BEI For. Tit. V. 3. n. 4. p. 137. Conf. BARTH. Hor. IV. §. 4. p. m. 833.*

- 8) In litteris cambii *non requiritur jam facta debita ex cussio jure Saxonico et aliorum locorum legum* cambium et pactum obligationis ad carcerem *cum pecunia mutuaticia tuto collocanda, Cap. III.* Ius autor exquisitiora tradit, quam inscripti promittit.

§. CXVIII.

Obligatio *ad obstagium* etiam ab obligatione diversam est. Illa enim, nomine ante diem non bitor interpellatus diversorum publicum ingredi, in stercere, donec creditori satisfecerit, obstringitur. Quem designatum haud ingreditur, per sententiam obligatur et quidem cum comminatione poenae des Schuttenia ita habet: *Iß beklagter also fort nach Insin nach den öffentlichen Gaß-Hof N. zugegeben und das gestellte Einlager zu halten schuldig, mit der Comdem nicht also nachkommen wird, daß auf den fall des Schuld - Thurm ietzt alsdann und dann als ietzt gegen fernrer gegen ihn ernstlich verfahren werden soll.* obstagium hodierum in terris Slesvico-Holsticis, Haare constat. CAROLUS V. Imp. litteris civitati Gelnhausbus Spirensibus an. 1349. datis se ipse ad obstagium.

K 3




Image Engineering Scan Reference Chart TE265 Serial No. 0911